Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35268
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten



rectoriam predictam. premisso vel alias quovis modo vacantem tibi in nostra presentia
personaliter constituto et recipiente confirmamus et de illa cum iuris et pertinentiis
universis providemus. te quoque per nostrorum biretorum traditionem de ipsa investitura
seu rectoria eiusque red. iuris. obvenientibus et provenientibus universis principaliter
investimus. Ut autem nostra collatio et provisio huiusmodi debitum
sortiantur effectum. committimus per presentes venerabilibus viris tuis ceterisque
leodiensibus et aliarum quarumcumque ecclesiarum civitatis et diocesis leodiensis canonicis et
beneficiatis ac omnibus capellanis curatis ecclesiarum civitatis et diocesis
earundem et eorum cuilibet in solidum subditis eiusdem domini cardinalis
preposito districte precipiendo mandamus. quatenus te vel procuratorem tuum tuo nomine
in dicte investiture seu rectorie ecclesie iuris quoque et pertinentiis ipsius corporalem
possessionem inducant auctoritate ipsius domini cardinalis et defendant inductum amoto
abinde quolibet illicito detentore sibique de ipsius investiture seu rectorie fructibus
red. proventibus iuris et obventionibus universis faciant integre responderi contradictores
siqui fuerint auctoritate prefata per censuram ecclesiasticam compescendo. In quorum etc.

Collatio beneficii vacantis vel vacaturi per legatum auctoritate legationis sue

A. miseratione etc. Cardinalis etc. Dilecto nobis in xpo in
salutem in domino. Sanctissimus in xpo pater etc. In provincia tuscie et
circumiacentibus partibus nobis pleno officio legationis commisso nostram volentes honorare
personam. et ut per honorem nobis a sede apostolica impensis possemus existere
aliis graciosi concessit nobis litteras apostolicas in hac forma. Urbanus etc.
Volentes igitur tibi exigente tue probitatis merita quibus et nobis exhibes
gratiosam facere specialem beneficium ecclesiasticum etc. si quod in ecclesia kathedrali
et aliis ecclesiis civitatis diocesis vacat ad presens vel vacabit quod per te vel
procuratorem tuum etc. usque conferendum tibi post acceptationem huiusmodi etc. si
ad aliquorum electionem pertinere noscatur donationi nostre apostolica auctoritate
nobis in hac parte reservamus. Inhibentes illi vel illis ad quem vel ad
quos etc. Decernentes etc. per hoc autem non intendimus ius cuiquam